

## Liber

deinde alexandrum et ipsam patriciam  
multaq; plebis iudeoꝝ homicidā. deinde  
filios eiusdē alexandri byrcanū et aristo-  
bolum qui principum dira contentione  
lacerauerunt. nec multo post herodē ge-  
nere alienū crudelitate precipuū: tonusq;  
homicidij domestici atq; publici signifez  
morsq; satellitem: sempiternę perditioni  
destinatū. Beata igitur fors illoꝝ qualē  
cunq; habuerint mortis euentum. Nam  
Ecclesiastici. xliiij. Corpora eoz in pace  
sepulta sunt: et uiuent nota eoz in eternū.

## Incipit liber vn- decimus

De eo qđ scriptus est in ysaiā. iurauit  
dominus dices. Si non ut putauit ita erit  
et quomodo mente tractauit sic eueniet

### Capitulum primum

**S**criptū est  
in ysaiā. **Y**sai. xliij  
iurauit dominus dicens  
Si nō ut putauit ita erit:  
et quō mente tractauit sic  
eueniet. ac deinceps. Dominus enī exet-  
cituum decreuit: et quis poterit infirmare  
et manus eius extenta: et quis auertet eā  
Quid qđo putauit: et quid mēte tractauit  
dominus. quid decreuit et ad qđ manus  
eius est extenta. Nunqđ hoc solū putauit  
et hoc solū mente tractauit aut decreuit:  
ut contereret assirium illū carneū in terra  
sua: et in montibus suis conculcasset cum  
immo hoc consiliū inquit qđ cogitauit sup  
oēm terraz: et hec est manus extenta sup  
oēs gentes quarum utiq; dyabolus prin-  
ceps erat qui per assirius designatus est.  
Sup illum draconē antiquū hoc putauit  
et hoc mente tractauit de electis suis do-  
minus ut auferretur ab eis iugū eius: et  
onus illius ab humero eoz tolleret: et ut  
oīa capita eius septē capita eius de qbus  
vel cōtra que p̄sēns opusculū extitit  
quoz sextum qđ fuit romanū imperium  
iam nunc aggredimur inuicē morderent  
et ab inuicem consumerentur: tandemq;  
tota simul cū capitibus suis bestia nequā

## Vndecimus

ad comburendum igni traderetur.  
Quomodo putauerit dominus: et qđ  
incompabiliter differant: putans deus et  
putans homo: et quomodo locutionis modo  
dicatur putare deus. **Capitulum. ij.**

## Quo illud ante

**Q**uod esset putauit dominus esse.  
Ita ne ut p̄phete solebāt pu-  
tare vel somnare. exempli grā ut ioseph  
qui ad fr̄es suos audite iquit. **Genes. j.**  
somnia meū qđ vidi: putabaz nos ligare  
manipulos in agro et qđsi surgere mani-  
pulum meū et stare utrosq; manipulos  
adorare manipulū meū. **Profecto** lōge  
melius putauit dominus: multo imo in-  
compabiliter diff̄ erunt putans homo: et  
putans deus: multum inquam differunt et  
procul distant hoīs somnuz et dei verbū  
p̄phetica cuiusq; grā: et ipsa sūme sapie  
substantia. Homo putans vel somnians  
interdū et p̄sepe nescit: qđ imagines som-  
niorum suoz significauerunt: ut pharao  
qui cum diceret. **Genes. xli.** putabaz  
me stare sup ripaz flumis: et septē boues  
de amne consergere et. p̄fecto nesciebat  
quid per illā significaret: sed nec erat qui  
interpretaret. Quō aut putauit dominus  
nimirū sicut dicit **Euangelista. Iohā. j.**  
Quia qđ factū est in ipso vita erat. De  
omnibus anteq; fierent ita certus erat qđ  
fieri deberent sicut certus est nunc postq;  
oīa facta sunt. idcirco iurare potuit domi-  
nus. Si nō ut putauit ita erat. quare ergo  
dixit putauit si certus fuit videlicet qđ nō  
dū erant in re: licet certa essent in p̄de-  
stinatione. idcirco putauit non improprie  
dixit cū posset dicere p̄scitū: licet minus  
significet putare qđ p̄scire. Sed qđ mix-  
in diuinis sermōibus aliquando minus  
dici et plus significari qui modus locuti-  
onis apud grāmaticos dicitur capinosus id  
est humilitas dictionis non assequente  
verbo quantitate rei. Omnes modi vel  
tropi siue scemata: omnis oīno ornatus  
locutionis. de qbus qđsi auctores gloriati  
sunt seculares magistri sparsis in diuinis  
inueniunt scriptis: et prius erant qđ hi qui  
boꝝ putantur adiuventores fuissent nati

## Folium

Quod si quis hominum vel prophetarum  
ut fuit daniel in somnis putando aliquid  
mirabiliter nonnunquam potuit delectari sic  
prope in imaginibus tanquam in veris rebus  
quantum putas delectabatur deus dum  
adhuc illo suo modo putaret antequam quicquam  
faceret ira fieret: vel aliud omnium que facta  
sunt. idcirco ipsa sapientia dicit **Proverb.**  
**viii.** Antequam quicquam faceret: antequam illa vel  
illa fierent ego eram cum eo cuncta com-  
ponens: et delectabar per singulos dies: lu-  
dens coram eo omni tempore: ludens in orbe  
terrarum: et deliciae mee esse cum filiis hominum.

**Q**uod inter omnia quecumque putavit vel  
decrevit deus maximus sit istud quod filius  
quem draco deuorare volebat raptus est  
ad deum et ad thronum eius **Ca. iij.**

**A**nter omnia que-

cumque putavit: quecumque mente tractauit  
vel decrevit deus maximum atque pulcher-  
rimum fuit in predestinatione et nunc est  
in re id quod habemus in manibus quod scilicet  
sub romano imperio impletum est quod  
promiserat patribus quod ad abrahā ysaac  
iurauerat deus id est quod de virgine natus  
et passus: resurrexit et in celum ascendit: et  
ad dexteram dei patris sedet christus dei  
filius secundum sepe dictam reuelationem **Apoc.**  
**xij.** Vbi draco stetit ante mulierem que  
erat partura ut cum peperisset filium eius  
deuoraret: et peperit filium masculinum ait  
scriptura qui reclusus erat omnes gentes in  
virga ferrea: et raptus est filius eius ad  
deum et ad thronum eius. **O** ludum sapientie  
deliciosum prescire atque predestinare certum  
quendam numerum angelorum et hominum in  
libro vite nomina prescribere singulorum:  
putate quod de multitudine creaturarum vel  
spirituum creatorum haberet emergere quispiam  
qui conaretur cassare propositum  
tam bonum: unde et merito vocaret draco  
magnus: serpens antiquus: dyabolus: et  
sathanas. et contra mente tractare quod illi  
illi foret illudendum per ipsum verbum quod  
erat apud deum cum quo habebat filium  
suum antiquum: et super draconem illum  
decernere quod nullus infirmare posset etiam

## lxxviii

iudicij decretum. **I**bi iam eiusdem sapientie  
deliciae cum filiis hominum et cum angelis  
quidem sed maxime filiis hominum: quia  
nisi angelos sed semine abrahe id est hu-  
manam naturam apprehendere habebat:  
ut nunc factum est. **U**nde et apostolica con-  
gaudet fides dum dicit ad **Hebr.**  
**ii.** Nisi enim angelos apprehendit: sed semine  
abrahe apprehendit. **U**nde nunc nobis in  
laudem victricis veritatis dei sermo ce-  
pius peragendus est.

**I**nuocatio sapientie iuxta illud. **N**oli  
regibus o lamuel dare vinum: da siceras  
merentibus: et vinum his qui amaro ani-  
mo sunt. **Capitulum. iij.**

**I**nuocata assit ea:

dem sapientia quomodo suscepta materie  
nunc instat pulcherrima pars. inuocata assit  
et inter eos me computet: quibus vel quali-  
bus vinum ad bibendum dandum esse indicat.  
**N**oli inquit **Proverb. xxx.** Regibus  
o lamuel noli regibus dare vinum: quia  
nullum secretum est ubi regnat ebrietas ne  
forte bibant et obliuiscantur iudiciorum: mu-  
tent causam filiorum pauperis: da siceras  
merentibus: et vinum his qui amaro sunt  
animo. bibant et obliuiscantur egestatis sue  
et doloris non recordentur amplius. quale  
namque est vinum quod si deur ad bibendum  
regibus facit eos obliuisci iudiciorum: et  
mutare causas filiorum pauperis. **S**i autem  
deur merentibus facit eos obliuisci ege-  
statis sue et doloris non recordari amplius  
**P**rofecto quod parabola est mystice iuxta  
parabolarum leges intelligenda est. **A**nimus  
ergo istud sermo sapientie vel sermo scie-  
ntie est quod si deur regibus. id est superbis apud  
quos vniuersum regnat ebrietas. id est quos scientia  
inflat obliuiscantur iudiciorum: et mutant  
causam filiorum pauperis et humiles secundum  
christum amatores veritatis vane glorie  
deputat et presumptioni. **O** ergo lamuel  
quod interpretatur in quo deus. o christe in  
quo habitat omnis plenitudo diuinitatis  
corporalis noli talibus scie tue dare vinum  
sed da merentibus. id est humilibus et his qui  
pro eo quod paupertatis et peccatorum humile  
conscientiam habent amaro sunt animo.

## Liber

Cum enī talibus datur vinū hoc letificat  
cor eorum: et quedam obliuione bona ob  
liuiscuntur egestatis sue confortati ab apo  
stolo dicente **¶** ad Corinth. i. **¶** Quia q̄  
stulta sunt mundi elegit deus et confundat  
sapientes: et ignobilia mundi et contemp  
tū bilia elegit deus et ea que non sunt ut ea  
que sunt destrueret. **¶** Et nobis ergo si de  
deris vinum nos quoq; confortati totius  
egestatis nostre obliuiscuntur: nec vltra memores  
doloris vel tristitie seculi sapientes: fortes  
et nobiles reges terre et principes qui asti  
terunt aduersus dñm et aduersus xp̄m  
eius: putantes se infirmare posse: decretū  
dei posse auertere: extentam manū domi  
stultos infirmos fuisse atq; ignobiles de  
clamabimus in laudez victorie verbi dei  
prosequentes curzum triumphalem tantū  
victoris.

**¶** De sexto capite draconis: qđ fm scri  
pturam dici nō possit qualis in eo facies  
fuerit. et qđ illud romanū fuerit imperiū.

**¶** Capitulū. v.

**D**e singulis ca  
pitibus draconis quales qualū  
ue ferarum similes habuerint  
facies demonstrari potuit cum sancte scri  
pture testimonio. **¶** Et vero die isto capite  
sexto valde ruffo qualis vel cui bestie si  
milis in eo facies fuerit demonstrari non  
potest: quia scriptum non dixit vbi daniel  
visionem quatuor bestiarū vidit. de fufis  
hoc tantum ait **¶** Daniel. vii. **¶** Bestia  
terribilis atq; mirabilis et fortis nimis den  
tes ferreos habēs magnos comedens at  
q; cōminuens: et reliq; pedibus suis p̄cul  
cans: dissimilis erat ceteris bestiis q̄s vi  
deram. dixit qđ ceteris bestiis q̄s viderat  
antea ista erat dissimilis scz leone v̄so at  
q; pardo. et nō dixit simile fuisse alicui ce  
terarum bestiarū que p̄ter illas multe  
sunt. **¶** Terribiles eius fortitudine terribili  
expressit dicendo. **¶** Dentes ferreos habēs  
magnos: per quos nimirum intelligimus  
romane potentie cōsules siue imperatores  
bellicosos atq; fortissimos: et exercitus in  
preliis seuera distinctione districta seueri  
tate ordinatos: vt interim nūc taceam de

## Vndecimus

gentibus ceteris gentes iudeaz ista bestia  
comedit atq; cōminuit: et reliq; pedibus  
suis conculcauit: quia locum destruxit: et  
gentem percussit in ore gladij: et eos qui  
reliq; fuerunt in captiuitate vendidit atq;  
dispersit. **¶** Non proinde romanū imperiū  
vnu fuisse cognoscimus ex capitibus dra  
conis ruffi quia iustas fecit: quis nesciēs  
vindictā sanguinis christi: sed qđ potestas  
eiusdez imperij xp̄m occidit et martiris  
christi. proinde magnū caput extitit inter  
omnes impios qui tunc vivebant: et erat  
vtiq; corpus vel membra dyaboli.

**¶** Hebrei putant dictū in psalmo. **¶** Ex  
terminauit eas aper de silua et singularis  
ferus depastus est ea. **¶** Capitulū. vi.

**H**ebrei quod  
in daniel tacitū est in psalmo  
dictum putant **¶** Psal. lxxix.  
Exterminauit eam aper de silua et singu  
laris ferus depastus est ea. **¶** Quartā illā  
terribilem bestiam similitudinez apri vel  
singularis feri fuisse autumant huic opi  
nioni illud repugnans esse videtur qđ illi  
bestie terribili cornua ascribuntur. **¶** Debat  
inquit **¶** Daniel. vii. **¶** cornua decē. **¶** Con  
siderabaz: et ecce cornu aliud parū orūz  
est de medio eorum zē. **¶** Hoc inquam re  
pugnare videt. deniq; cornua non habet  
Itaq; bestiam illaz existimare vel dicere  
fuisse aprum: sic arbitramur fuisse incon  
gruum sicut delphinum siluis appingere  
fluctibus aprum. **¶** Simul et hoc animad  
uertendum quia regna persaz et medoz  
que in eadem visione significata sunt per  
vrsū et pardū in alia visione que ostensa  
est de futuris regibus eorundem regnoz  
qui videlicet reges per cornua signifi cari  
debuerunt: per aliozū facies animalūz  
demonstrata sūt scz arietes et birci quibus  
cornua nature dono constat attribui. igit  
qđ scripta tacuit de nomine quarte bestie  
nobis quoq; tacitū sit vt quicquid fero  
cuis in bestis cogitauerimus: hoc roma  
num formidolosū imperiū intelligamus.

**¶** De eadez bestia terribili quō venerit  
et quō de mari ascenderit **¶** La. vii.

## **Folium** **Bestia hec ter**

**B**ribilis quomodo venit. Quo-  
modo de mari ascendit: quo-  
modo ante mulierem que erat paritura i  
illa. vij. capitulum draconis cruenta serie ca-  
put istud constituit. Nimirum per magnas  
atq; inenarrabiles discordias per beila ci-  
uilia: bella plusq; ciuilia. Discordia spūs  
quem hec bestia spirauit: mundum vera-  
uit: genes ait lux: ciuitates & regna cedi-  
bus cruentauit: terras fere omnes euro-  
pam & africanam atq; asiam sue gentiūq;  
fere omnium sanguine compluit. Sūt by-  
storie legant qui volunt tragedias gene-  
ris humani: labores mundi: vere ut ait io-  
hānes in maligno positi quod satis ab ei-  
usmodi effectibus claruit: & clarum est le-  
genti atq; intelligenti. Nos ad illam insa-  
nie partem summam tendimus qua ad-  
uersus sepe d. etiam & sepe dicendam mul-  
ierem in vtero habentem sese crexit: den-  
tesq; suos ferreos preparauit caput istud  
ut cum peperisset deuoraret filium eius.

**Quomodo herodes a romanis rex iu-  
dee fuit decretus qui no erat genere iu-  
deus patre ydumeo & matre arabica pro-  
genitus** **Capitulum. viij.**

**I**mperante augu-  
sto quidem cesare centesima & octoge-  
sima quarta olimpiade consulibus: gajo  
demetrio & gajo asianio. Herodes a ro-  
mano senatu gratia cesaris augusti & fa-  
uore marci antonij rex iudee decernitur  
no erat genere iudeus imo pre idumeus  
& matre arabica progenitus. nicolaus ta-  
me damascenus ut meminit iosephus ait  
patrem huius herodis antipatrum: gene-  
re nobilissimum iudeum fuisse ex illis q  
ad iudeam de babilone reuersi sunt. Hec  
autem inquit. refert ad gratiam herodis  
filij eius quem regem iudeorum contigit  
fieri cum no esset regij sed nec iudaei ge-  
neris. Nam antipat genere ydumeus ex-  
tint: quiq; multas possidens pecunias to-  
tus iudee potestatem & tuitione a cesare  
accepit amico bircano regi & sacerdotij

## **herod**

principi. Sed cum tardum & segnem bircanum vidisset priorcem si iam suum fase-  
lum ducem in hierosolymis: fm vero be-  
rodem galilee tutorem ordinauit: q post-  
modum ut iam dictum est ad regnum p-  
uenit. **P**redixerat de illo quidam in con-  
cilio vir iustus noie samicus presente he-  
rode cum pro crimine fuisset vocatus: sta-  
retq; purpura circumdatus armisq; stipa-  
tus. **N**os inquit vel legem acculo qui  
tantum ei licentia deditis. **S**citote q is  
quem nunc propter bircanum vultis ab-  
soluere: quandoq; nos & ipsum reges tor-  
quebit. **N**ihil autem hec dicendo menti-  
tus est. **N**am herodes cum regnum ce-  
pisset omnes in concilio tunc inuētos cū  
ipso bircano occidit.

**Discordia summa tam romani se-  
natus q iudaice gentis regnum illi pepe-  
rerit.** **Capitulum. ix.**

**D**iscordia sum-  
ma: discordia cruenta: tam ro-  
mani senatus q iudaice gen-  
tis regnum illi peperit. **B**eniq; dum gaj-  
us cesar: & magnus pompeius totius or-  
bis viribus confligunt & in iudea fratres  
bircanus & aristobolus de principatu atro-  
citer contendunt: antipater potens & ut iā  
dictum est multas pecunias possidens dū  
in iudea fauet bircano iustiori quidem s;  
segniori in romana republica multas ob-  
sequijs pluribus impensis meretur gra-  
tiam cesaris iam victoris vicumq; pom-  
peium vsq; in egiptum persequens: ma-  
gnam sibi iudee potestatem promeru-  
it: & apud victricem romanorum partem  
herodi filio viam ad regnum obtinendū  
magnis meritis aperuit. **S**ciendum quo-  
q; q per illam bircani atq; aristoboli di-  
scordiam templum in iherosolymis semel  
& iterum magna cum calamitate violatū  
fuit. **P**rimo nāq; pompeius aristobolū  
vincitū habens ciuitatem aggressus cō-  
tra socios aristoboli: & per seditionem in  
ciuitate receptus templum irrupit cōmo-  
ta atq; cadente maxima turri per quam  
aperta parte templi hostes irruerunt: et  
omnia iudeorum cede repleta sunt. **Qui-**

## Liber

dam enim occidebatur a romanis. alij vero semetipfos occidebant et ita ceciderunt viginti duo milia iudeorum: romanorum vero pauci defuisti sunt. Nec vero parua in templo commissa sunt dum ea que priori tempore inuisibilia vel inaccessibilia erant abiisset. Pompeyus et cum eo non pauci vidissent que non liceret nisi sacerdotibus intueri. Deinde ut cum iam diu cum est herodes regnum cepisset et anthonis aristoboli filius ciuitatem teneret idem ciuitas passa est et in templo multi precepti sunt herodi amuentibus romanis. Et hec passio iherosolymorum ciuitati contigit a iosepho marco agrippa et calpurnio consulibus centesima et octogesima quinta olimpiade tercio mense in celebratione ieiuniorum tanquam reuersa calamitate que sub pompeyo iudeis illata est. Nam extunc eodem die captiuitatis. xxvij anni fuisse noscuntur. Cum adhuc obliuisceretur ciuitas ab herode et sofyo legato persuasit sanicus supradictus populo ut herodem acciperent dicens: propter peccata cum non posse deuitari.

Fuisse predictum. Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femoribus eius.  
Gene. xxij

Capitulum. x.

**Q**uoniam igitur alienus herodes per tantas tanquam cruentas quas commemorare libuit discordias regnum cepisset: tempus erat ut promissionis sue uerbis uerax deus adimpleret. Sic enim fuerat predictus Gene. xlix. Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femoribus eius donec ueniat qui mittendus est. Qui mittendus erit: ipse est qui uenit christus in quo semine tuo ait deus ad abraham benedicent omnes gentes sicut ibidem a iacob subiunctum est: Et ipse erit expectatio gentium. Ecce autem ueraciter ablatum erat sceptrum de iuda et dux de femoribus eius quando herodes alienigena regno suerat intrusus: qui et occidit omnes qui regij generis uidebantur esse et ipsum herodiam cuius lenitate ac mansuetudine fuerat prouectus. Et iustificaretur deus in

## Undecimus

sermonibus suis. iam illud semen quod abrahe promissum et cum iuramento re promissum fuerat: quod itidem ad dauid iuratum fuerat uenire oportebat nec longius differri quomodo sceptrum de iuda sic ablatum erat: et dux de femoribus eius ita defecerat: ut contra legem rex iudeorum: imo tyrannus sederet in regno homo alienigena: pardo: aduena: extraneus: homicida

Et non solum symeonem uerum etiam multos alios tunc temporis fuisse qui de liberarent christum scientes aduentum eius iam tempus esse.

Capitulum. xj.

**Q**ualis putas tunc mentis habitus iustis aibus erat. Quos autem illius temporis iustos esse diximus: nisi illos qui fidem et spem sue expectationem habebant promissionis ad abraham: iuramenti ad dauid: qui uidelicet dauid fidelis deum fortiter tenens miserere mei dixit. Psal. i. Et iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Talius uirius uel notissimus de tempore illo symeon nobis extitit qui in hac fide declarando et requirendo ueritatem dei: ueritates promissionis in qua deus maior homine sponte hominibus iurauit: responsus accipere meruit non uisurum se mortem nisi prius uideret christum domini. Lu. ij. Nunquid illo tempore solus promissionis eiusdem symeon expectare extitit. erat uirius et zacharias et elizabeth ambo iusti. Erat et anna prophetissa: erant et maria et ioseph. Dicam adhuc. Nunquid quia solos istos nobis euangelium notos scit: nullus preter istos erat qui expectarent fidem et uictoriam dei ut in sermonibus suis iustificaretur ut uinceret cum iudicaretur. Atque quis herodianae malitiae nubes horrida eelum obscuraret: non paucis in celo erant stelle luminis eiusdem claritate fulgentes eiusdem fidei pulchritudine lucentes et promissionis effectum suspicientes clamabant anime multe quis in

Vndecimus

### Folium

sermonibus suis verax et fidelis deus appareret. Existimo quod mulier illa in utero habens ut sepeditum est nullo unquam tempore magis parturiendo clamauerit nunquam magis ut pareret cruciata fuerint. Noli autem viuentes in corpore fideles illius temporis homines solos debere intelligi corpus illius quaz dicimus mulieris in utero habentis imo vniuersa dierum vel seculorum ecclesia quando erat ab origine mundi progenita: omnis multitudo animarum fidelium tam in carne degentium quam deposito carnis onere apud inferos beatam spem expectantium huiusmodi desiderii clamores emittebat et hec vniuersitas proprie vnari, eandemque expectationem vna mulier in utero habens existerat

**De eo quod dictum est: quia mulier peperit filium masculinum: et quod mulier illa veraciter dicere possit. Risum mihi fecit deus. Benc. xxi.**

#### Capitulum. xij.

**Q**uid iam dicetis? dum nisi quia illa peperit filium masculinum. Hoc autem dicendo quomodo cupit animis minorari et esse in contemplatione quasi magne imo veraciter magne festiuitatis et triumphalis gaudij pro eo quod deus qui promiserat hoc semen benedictionis verax apparuit quod se impendit quod in partem sermo nosse se se aptabit: in demonstrationem autem in narrationem. Si in demonstrationem se verterit si partum illum si filium vel masculinum illum demonstrare voluerit: hoc tale est hodie: ac si meridiano tempore: celo sereno: sole clarissimo fulgente in ascensus sui summo digitum quis intendat oculos habenti et videnti: dicatque illi. **Vide Ecce sol. Scriptum est enim Psal. xviii.**

**In sole posuit tabernaculum suum. Si autem vertat se in narrationem veremur esse superflui quoniam noui nihil dicturi sumus quoniam non apud ignotos hec dicta vel scripta deponimus non ad ignotos: vel cum ignaris ista conferimus. Accurat igitur se tota intentio sermonis ad iocunditatem: et aliquantulum cum iocunditate nitatur habere dignitatem quatenus et ipse sermo plena fide: pleno fundatur ore cum gratia humilitatis necessarie et quisquis illa legere dignabitur delectetur atque iocundetur propter laudem talis filij: propter honorem tanti masculi: et propter gloriam dei patris et honorem spiritus sancti de quo illa beata mulier concepit hunc et peperit. **Ista sermonis iocunditas risum habeat illum quem nomine suo ysaac significauit beate senectutis et merite fidei filius qui typus filij vel masculi huius extitit quem decrepita mater scilicet antiqua ecclesia patiens per vterum marie virginis veraciter dicere potest: semper quod dicit ac dicit. Risum mihi fecit quia talis filius vere matri sue risus est eternus.****

**Dignitatem de prophetica sancti spiritus facultate mutabimur de prophetice gratie plenitudine sumemus ubi vates eximius ysaias loquitur contra superbiam assur.**

### lxxxij

**Contra superbiam assur id est diaboli de humilitate marie virginis. Iuxta illud ysaie. ca. xi. excelsi statura succidentur et egredietur virga de radice yesse.**

#### Capitulum. xiiij.

**E**t excelsi statura succidentur et subuertentur condensa saltus ferro: et libanus cum excelsis cadet. Et egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet et replebit super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus: spiritus consilij et fortitudinis spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. **Ysa. xi. Ecce quod libis oppositio. P**

**erspicite hinc condensa saltus et libanum cum excelsis in idem virga cum flore suo: quantum est virga vna florifera comparatione saltuum condensorum et montis libani cum excelsis suis que rebores magna vel alta sunt vtriusque ligna condensorum. Atamen quantum valent condensa saltus et libanus cum excelsis comparatione virge huius et ascendentis de illa floris. Siquidem condensa saltus ferro subuertuntur et libanus cum excelsis cadet.**

## Liber

Hec autem virga et flos eius totum suscipit: totum portat superne maiestatis ornatus: et non cadit et non subvertitur. **B**ica mus manifestius quis sub istam metaforam quales translati sint res non ignoret mundus: non taceat vniuersus qui in mundo est ecclesie chorus. **P**erspice hinc gentium quas per condensas salus intelligimus tyrannos ac duces imperatores et consules. **A**nde iudaice gentis quam per libanum intelligi placet reges et tyrannos atque summos sacerdotum principes: et infestas altitudines siue magnitudines sortitam humilem de domo dauid mariam virginem christum parientem deus et hominem. et magnam victorie verbi dei concipis admirationem. quod in hunc mundum ingrediens non quesit de altis vel sublimibus habere parentem quempiam solum se sibi sufficere sciens absque ope humana contra illius assur. id est diaboli superbia: ad obtinendum sibi regnum: ad possidendum dauid patris sui solum: imo dei patris eternum imperium.

**U**te eo quod ibidem scriptum fuerat. **E**t libanus cum excelsis cadet et quod herodes ut maius conderet vetus templum deposuit: et quod opus eius stare non debuit.

### Capitulum. xiiij.

**N**on taceas de gentium salu cuius condensa ferro tunc temporis romani imperij passim subuertebant et subuersa fuerant: ita ut totus sub illo imperio tam sicut ret mundus: quando flos iste de virga vel radice yesse ascendit excelsa libani. siue ipsa libanus quomodo ceciderit circa huius floris ascensum. **S**ummum libani verticem ipsum intellige templum: quia scriptum est in zacharia propheta. **Z**acha. xij. **A**peri libane portas tuas ut comedat ignis cedros tuos: ipsas aut cedros vel excelsa libani principes gentis quorum glorie caput erat templum ipsum quo augustus in mundo nullus fuit. **Q**uomodo ille libanus cum excelsis suis tunc cecidit: vel cadere cepit. **N**imirum magni et irreuerabiles casus eius initium illud dice

## Undecimus

re non dubitauerim: quod herodes quo regnante ceciderat magnum excelsum regie dignitatis: ablatum quippe fuerat septimum de iuda et dux de temonibus eius: herodes inquam homicida multipliciter imo et parricida tyrannus: non rex: templum vetus quod fuerit de babilonia filij transmigrationis edificauerunt: et victores machabei purificauerunt post sexcentos annos deposuit et aliud condidit. **A**nd illi huiusmodi operis presumptio. **N**unquid illud opus stare debuit aut placere deo potuit. **S**i dauid fidelis de tribu iuda rex inuentus est electus secundum cor dei domum domini non edificare non debuit dicente illi domino. **I**. paralip. xxvij. **N**on edificabis domum nomini meo: eo quod sis vir bellator et multum sanguinem fundens quomodo iste non qualiscumque sanguinis effusor: verum etiam vxorum atque filiorum occisor et domesticorum siue amicorum furialis interemptor domum debuit edificare domino. **N**on igitur mirum quod ab impio factum de rapinis atque ex spolijs regionum ad tam miserabile tamque horribile peruenit excidium quo post christi passionem constat illud per romanos irrecuperabiliter esse exterminatum. **H**ec interim dictum sit quod tunc libanus cadere cepit: quando herodes templum vetus deposuit et aliud condidit: maius quidem et duplum quam fecerat filij transmigrationis: sed hoc fecit gloria suam querens non dei.

**H**erodes talibus ac tantis scilicet fidelis dauid et salomoni in edificando templo nunquam se conferre debuerit

### Capitulum. xv.

**B**ene iquit noscitis quod istud maximo deo templum nostri patres edificauerunt eius de babilonia remeassent: et quia defuit ei ad magnitudinem in altum cubiti. lx. secundum instar illius quod salomon construxerat. **N**emo negligentiam pietatis patrum nostrorum accusat. **N**on culpa illorum factum est breuius templum: sed cyrus et darius huiusmodi mensuram constructionis fieri preceperunt. **N**ostri patres

## Folium

et parentum nostrorum dixit: quia videlicet iudaici cum non esset generis se volebat haberi. Subsecutus: et hoc ait. Nunc autem quoniam nutu dei principatum meo par largam concessa est: et diuitiarum possessio: et multitudo reddituum. et quod maximum est amicitia: fauorque romanorum: qui omnium rerum domini existunt cur non studemus relicto necessitate seruitutis tempore opus corrigere et integrum deo prebere pro beneficiis eius meo regno collatis. **Hec dicens properauit: templumque in vno anno et mensibus quinque peractum est.** **Homo homo ille imo bestia sic loquens et sic properanter faciens dauidi fideli et pacifico salomoni regibus legitimis ob tribu iuda regibus sese conferre: aut etiam pretere contendit.** **Et ille videlicet fidelis dauid nulli quicquam rapuit nec de rapinis domum nomini domini edificare instituit: sed ecce ego inquit.** **¶ In paupertatula mea preparauit impensas domus domini auri talenta centum milia et argenti mille milia: eris vero et ferri non est pondus. vincitur enim numerus magnitudie ligna et lapides preparauit ad vniuersa impendia.** **Hec dicens.** **¶ In para. xxviii.**

etiam dedit salomoni filio suo descriptionem templi et cuiusque operis. **Et hec inquit oia venerunt scripta manu domini ad me ut intelligerem vniuersa opera exemplaris.** **Ad illum dicentem cum legimus vel audivimus nunquid non cum quoque cum esset propheta eiusmodi ostensione vidisse arbitremur ut diceretur ei. quomodo dictum est et moysi de tabernaculo faciendo**

**Exo. xxv.** **¶ Inspice et fac secundum exemplar: quod tibi in monte ministravi. Salomon quoque aurum et argentum non ex rapinis sed ex dei domo habuit. Nunquid talibus ac tantis herodes nebulo sese conferre debuit**

**¶ Et populus super illius hominis opere nequaquam letari neque tanto peccatori debuit illi adulari.**

**¶ Capitul. xvi.**  
**S**uper illius hominis ope populus omnis leticia effertur

## Lxxvij

tantoque peccatori non debuit adulari. **Sed imprudens leticia completa est: et primum quidem pro celeritate deo gratias agebat.** **Deinde de alacritate regis quam in dedicatione habuit laudibus extollebat. merito igitur risus eorum in fletum et gaudium verum debuit in merorem.** **¶ Veruntamen sciendum: quia licet herodes mutauerit parietes: et spectandos pro sua gloria magnos congefferit lapides quos admirari poterant discipuli quoque christi discipulos.** **¶ Bar. xiiij.** **¶ Magister aspice quales lapides et quales structure: non tamen depositum vel mutatum fuerit altare.** **Quod si euenisset multo amplius mirari possis homicide imo parricide tantum licuisse ut filionis caput. i. altare ipse poneret cui christus vel in quo dei filius homo factus deo patri proximus cum hostijs legalibus presentari deberet.** **Hec breuiter de templo dicta sunt ut iam videat prudens laudator iudiciorum dei: quia preter causas alias propter quas templum illud manere non debuit: ista quoque causa nocere potuit ut non quomocumque sed nimis male nimio cum fragore que totus orbis audiuit caderet quod ille fabricauit hominum hostis inimicus dei.** **Nunc ad susceptum sermo redeat prophetice veritatis capitulum.**

**¶ De sciticia herodis que regiam et sacerdotalem stirpem deleuit et suos quoque filios trucidauit.**

### Capitulum. xvij.

**E**t libanus inquit cum excelsis cadet. **Jam diximus quia grande illius libani excelsum ceciderat in eo videlicet que sceptrum de iuda et dux de semoribus eius defecerat.** **¶ Funestus herodes regiam stirpem ferro extirpabat et extirpare non cessabat.** **¶ Undecumque regium quempiam subintellegerat quacumque ex domo vel etiam sua: imo maxime sua de domo vel genitura regie quippiam estimationis offererat quandam denique coniugem regie stirpis habuerat preter conplures alias.** **¶ Maria misericordie pontificis hircani**



## Liber

filiam de qua et filios Alexandrum atque aristobolum susceperat omnino undecimque siue deforis siue deintus regale quippiam sperare posse persenserat: seuebat in maus belua simulque pontifices et suos filios regales trucidabat videlicet ne seipsum nimis cupide regnante vlla posset inquietare persona per vllam eiusmodi susceptionem. Jam dudum quippe regia cum sacerdotali familia permixta fuerat: et idcirco in vtramque pariter ferebatur trunculentus homicida nulli sexui parcens: non ab vxoribus proprijs: non a filijs occasio ne suborta ferrum differens: quod quidam eius filij materno sanguine regiam continebant progenie. Unde ergo vnicuique res deus promissor fidelis vno iustificaretis ad implendo quod promissisti: et iurasti dauid cuius spiritus clamare non desinbat in auribus tuis. Miserere mei: ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Nimirum sciebas et disposueras iustificari et vincere ex loco humili: vnde impurus herodes: imo diabolus cui seruebat herodes nihil posset suspicari quod valeret procedere ad celsitudinem ironi: Hoc est quod continuo per prophetam sub iunxisti. **Ysa. xj.** Et egredietur virga de radice yesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie etc.

**De virga que est beata virgo maria: et cur spiritu sancto placuerit magis dicere de radice yesse quam de radice dauid. Et quomodo dauid vincens fuerit rex in domino yesse patris sui. Capitulum. xvij.**

**U**bi cumque christiana vel catholica fides: ipsa suis auribus audiuit et ipsa videt suis interioribus oculis: quod virga ista virga gracilis et pulchra vrga: humilis qui deum: sed recta: est beata virgo maria. Et flos qui de virga ista ascendit fructus vetricis eius est christus dei filius et virginis filius est in quo qui promissit deus fidelis et verax inuentus est: qui iuravit deus iustus: et deus sanctus comprobatus est. Querendum vero hic est cur placuerit

## Undecimus

spiritu sancto dicere. Egredietur virga de radice yesse: magis quam dicere de radice dauid siue abrahe: quibus promissit: quibus deus iuravit. Ad hec inquit si dixisset de radice dauid victricem quidem pronunciarerit veritatem promissionis: sed ipsa dictio minus contineret sacramenti. Nunc autem plus habet misterij: quia cum preconio veritatis tendentis in semet dauid simul nos mittit in secretum paterne domus eius in rationem temporis vel diei quo missus est propheta samuel ad vngendum regem: que profecto saule prouiderat sibi dominus in filijs yesse qui et ysa. Quomodo enim dictum: quomodo factum est. **Vitulum inquit dominus. I. Re. xvj.** De armento tolles in manu tua et dices. ad imolandum deo veni. Timebat enim samuel. **Audiet inquit saul et interficiet me. Impleuit cornu oleo iuxta preceptum domini et iuit ad imolandum ait domino veni. Sanctificamini et venite mecum ut imolem. Sanctificauit ergo ysa: et filios eius et vocauit eos ad sacrificium. Quis igitur si essent vidit beliab et ait. Num coram domino est christus eius. Et dixit dominus ad samuelem. Ne respicias vultus eius: nec altitudines stature eius quoniam abiecti enim: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea que pariter: dominus autem intuetur cor. Vocauit ysa aminadab et adduxit somnia. Similitus et alios filios suos qui fuerunt septem numero et non elegit dominus ex istis. Ait samuel ad ysa. Nihil quid completus est numerus filiorum. **Abuc inquit ysa puluis reliquus est: et pascit oves. Iubente ergo samuele misit et abduxit eum. Qui cum venisset rufus et pulcher aspectu decoraque facie. Surge ait dominus. Ange eum ipse est enim.****

**Quid sacramenti sit in illis rebus gestis puniens ad flores qui de virga vel radice yesse ascendit. Capitulum. xix.**

**Quid nam ista:** sacramenti latet in illis rebus gestis. nisi quod audiuiimus et subintelligimus in istis vrbis prophetis. **Ysa. x.** **Excelsi statura succident: et sublimes**

## Folium

humiliabuntur et subuertuntur condensa  
latus seruo: et libanus cum excelsis cadet  
**Ysaic. xi.** Et egredietur virga de radice  
yefse et flos de radice eius ascendet: et re  
quiescet super eum spiritus domini. denique  
cum iste sit sensus et superbi diuites relin  
quetur: et de puelle humili siue paupcule  
promissio: veritatis implebitur simul per  
hoc dictum quod est de radice yefse ve  
tus experimentum mentibus nostris ad  
ducitur quod accidit yefse reprobatu maio  
ribus filiis eius: et assumpto humili vel  
paruulo dauid qui erat minimus. **Item**  
ergo est ac si dicat. **Quid miramini:** quia  
dixi excelsi statura succedent: et sublimes  
humiliabuntur: et humilitas exaltabitur.  
**Similiter factum est in diebus yefse.** vultu  
osus erat helyab et alta statura eius: sed  
abieci illum ait dominus. **Itemque** ad reli  
quos magnos filios eius in illoz simili  
tudinem multi erunt quod propheta hec  
implebitur excelsi statura et sublimes in  
gloria tam de regali quam de sacerdotali pro  
lapia potentes viribus: et valentes arma  
tos producere exercitus. **Sed non de illis**  
elegit dominus: nec ad implendum pro  
missionis sue verbum opus habebat subli  
mitate hominum: altitudine aulicorum in  
curribus equis exultantium: qui in multi  
plici fauore hominum multuago plausu po  
pularium et non in domino consistunt. et  
tunc minimus filioz yefse: paruulus dauid  
complacuit: et postmodum humilis ancilla  
domini pre cunctis hominibus demissa in  
spiritu humilitatis altissimo complacuit  
vt ex ipsa compleatur promissio nascete  
christo. ac si de virga grati spectabilis a  
scendet flos. **Preterea** sicut illic preterita  
imolationis festiuitas: et adductus de ar  
mento vitulus occurrentibus samucl se  
nioribus ciuitatis et admirantibus aduen  
tum eius: causa subterit ne audiret saul.  
**Ita et hic desponsatio virginis siue con  
suetra nuptiarum solemnitas: et ioseph ma  
ritus puelle nominatus dyabolum scellit  
et cunctos satellites eius vt erat herodes  
et complices eius vt nesciret sacramentum:  
cuius sciendi nondum erat tempus.**

## lxxxviii

**De laude consilij diuini: et quod de humili  
loco nascente christo: et herodem et dyabolum  
deludit: et ars artem scellit.**

**Capitulum. xx.**

**Adud maronem**

**H**ocatur quispiam gloriabundus  
et dicit. **Nil refert armis con  
git palma dolisue.** profecto sententia hec  
ad huius palme siue victorie ratione non  
valet. **Multum** quippe refert multo me  
lius et valde vtilius est deum vel dei verbum  
sic vicisse vel ad procedendum procedere  
vt in toto prelij congressu ars arte falleret:  
quam si de nobilibus atque potentibus carne  
assumpta materialibus armis eorum contra  
homines impios dimicaret quemodo in  
uisibilis: et nondum homo factus per ma  
chabeos aliosque fortes atque fideles viros  
dimicauit et armis paucorum sepe multa  
milia peremit. **Hoc** indem facere poterat  
vt incarnatus de aliqua siue byrcani tunc  
temporis pontificis siue alicuius ceterorum  
filia bellica sibi ob defensionem veritatis  
adhiberet instrumenta meliori prouentu  
quam vel machabeus vel ipse dauid unquam pu  
gnauerat vt verbi gratia. persequeretur  
vni mille: et duo iugarent decem milia  
**Deutero. xxxij.** **Multo** melius inquam  
est quod ars arte scellit quam si res acta fuisset  
armis ciuiliu. **Non** inquit in exercitu:  
nec in robore: sed in spiritu meo dicit do  
minus exercituum. hoc erat verbum domini  
ad zorobabel apud zachariam prophetam  
zacharie iij. **Ubi** septem oculos super  
lapide vnum: et septem lucernas vidit super  
vnum candelabrum que non erat aliud quam  
septem spiritus domini requiescentes super  
hunc florem vitium.

**Quanta** nobis comoda proueniunt ex  
eo quod humilitas diuinitatis non diuitem:  
sed pauperem virginem matrem sibi elegit

**Capitulum. xxi.**

**Nulla potest**

**N**obis lingua persequi: nec cuiusquam  
cogitatu comprehendere mens  
hois: quanta nobis comoda prouenerunt  
ex eo quod humilitas diuinitatis: humilitas

## Liber

verbi dei non diuitē: sed pauperē virginē  
matrē sibi elegit qđ ancillā suam respexit  
tanto apud se corāz diuitibus vel supbis  
humilem: quanto constat excelsis libani  
cedis minorem esse virgam quamlibet  
de radice vetusta egredientem. Si enim  
parentes xp̄s diuites elegisset quis ho-  
die paupibus in ecclesia christi locus cēt  
Nunc autēz & potentes deus non abicit:  
cū & ipse sit potens: et sepius in hoc mōdo  
pauperes elegit: cognoscendo illos in be-  
nedictionibus suis id ē preclara illis dona  
tribuendo spiritus sui: qualia nimirum di-  
uitibus habentibus consolationem suam  
rarius cōcedit. Videte inquit apostolus.  
j. ad Corinth. j. **V**ocationem vestram  
fratres: qz non multi sapientes s̄m carnē:  
non multi potentes: nō multi nobiles: sed  
que stulta sunt mundi elegit deus vt con-  
fundat sapientes. et infirma mundi elegit  
deus vt cōfundat fortia & ignobilia mōdi:  
& contemptibilia elegit deus: et que non  
sunt vt ea que sunt destrueret vt non glo-  
ricetur omnis caro in cōspectu eius. ergo  
pauperibus & infirmis sepius celestia vo-  
cationis sue dona largitur deus abundā-  
tius. Et ista consideratio pulcherrimāz no-  
bis efficit consideratioem patris optimi  
qui notum & verum habet testimonium:  
qđ spiritu omnium iustozū plenus fuerit  
Qui minus indiget inquit agat deo gra-  
tias et non m̄muret. Qui vero plus in-  
diget tribuetur ei: & humilietur pro infir-  
mitate: non extollatur pro misericordia.  
Nimirū cum hec dicit: hanc sumus esse  
imitationem dei qui spiritula sua dare a-  
bundantius consuevit plus indigentibus  
scz paupibus infirmis ignobilibus vt s̄m  
multitudinem dolorum in corde ipsorum  
consolationibus huiusmodi letificentur a  
nime ipsorum.

**D**e collaudatiōe incarnationis verbi  
dei s̄m psalmum. **E**rucauit cor meū ver-  
bum bonum.

Capitulum. xxij.

**Q**ua voce: qui  
bus vel quīs laudibus floriz  
huius de virga cuiusmodi ascē

## Vndecimus

dentis pulchritudinez predicabimus vnde  
verba sumemus. Nos pene muti pene in-  
fantes ad tante dignitatem rei: vbi pulchri-  
tudo cum fortitudine: fortitudo cum pul-  
chritudine floret ac viget cuius ipse spiri-  
tus sanctus laudator est. quid eloquimur  
ita vt s̄m nostre mentis intentionē ipsum  
audire delectetur. Sumamus aliquid nō  
de nostro qđ nusq̄ est: sed de plenitudine  
ipsius qui omnes sanctos adimplet de the-  
sauro boni cordis: thesauro iocunditatis  
& exultationis quem sup prophetā hu-  
ius verbi sui super prophetāz patriarchā  
et regem thesaurizauit dicentēz in p̄sona  
ipsius dei patris. **P**sal. xliij. **E**ruca-  
uit cor meum verbum bonum: dico ego  
opera mea regi. **L**ingua mea chalamus  
scribe velociter scribentis. statim ipse pro-  
pheta ex sua persona succinit. **S**peciosus  
forma p̄re filius boim. diffusa est gratia ī  
labiis tuis. propterea benedixit te deus in  
eternus. **A**ccingere gladio tuo sup femur  
tuum potentissime. **S**pecie tua & pulchri-  
tudine tua. **I**ntende prospere proce-  
de et regna tē. **P**utet se anima pauperula  
nunc ad fontē sermōis venisse vnde hau-  
rire possit quod loquatur ad grām floriz  
huius speciosi & pulchri p̄ bona intentiōe  
**M**agis delectandi qđ docendi intentiōe  
o tu quicumqz hec legis vel audis me exi-  
stimato immorari: quia dulce est pulchroz  
& piū est. **E**tia; nota replicare atqz fre-  
quentare de forma speciosi. de specie et pul-  
chritudine formosi atqz potētissimi: gladio  
suo super femur suum accincti: prospere  
procedentis & regnantis: que; in veritate  
in m̄suetudine & iusticia mirabiliter dex-  
tera sua deducit. cadentibus sub ipso po-  
pulis in corde suo: qz confixi sunt sagittis  
suis acutis: sagittis ditorum eius saluti-  
feris vt doleant qđ olim fuerūt inimici re-  
gis cumq; adorent cadentes: cadāt in fa-  
cies suas adorantes.

**D**e collatione versiculi. **L**ingua mea  
chalamus scribe velociter scribentis  
**P**sal. xliij. **C**um illo. **E**t requiescet sup  
eum spiritus domini. **I**sai. xi

Capitulum. xxij.

**Folium**

**P**atriter assu-

ptis vtriusq; testimonis: et illo ysaiano: et isto dauidico primū contemplari libet hoc dictum dei patris. **L**ingua mea chalamus scribe velociter scribentis. linguaz dei patris spū sanctū promptum est intelligi: quia sicut lingua carnis administrat verba hominis: ita spū sanctus ante credule suggerit verba dei. **U**nde et quādo super apostolos cristi descendit quos nimirū catenus homines sine literis et ydeotas deinceps peritos et eloquentes facere veniebat in linguis igneis appuit. **C**onfestim cur ita apparere voluerit sequēs effectus indicavit. **F**acti sunt namq; caritate et zelo bono fortes ac serui dei quod significauerat ignis. **F**acti sunt eloquentes variis linguis et scripturarum periti quod linguarum dispartitio presignauit. **E**ū igit dicit in isto **Psal** xliij. **Q**uidē lingua mea chalamus scribe velociter scribentis: **P**er illum autēz **ysa. xj.** **E**t requiescit super eū spiritus domini spūs sapientie et intellectus: spūs consilij et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. **M**anifestum est de christo qd vere deus sit: et qd veraciter habitet in ipso plenitudo diuinitatis corporaliter: quāuis in hoc tempore fides christiana sit firma: et hac assertione non indigeat. cum fide necessaria delectabile et vtile est etiam competentem habere scientiam. **N**atura humana de virgine carnis substantia sic est assumpta velut membrula mūda et bene accurata scriptorioq; operi accomoda et ipsam linguam patris id est spū sanctus velociter percurrit: velociter tanq; chalamus scribe totam perscripsit: totam verbi substantiam repleuit: nihilq; residui fuit. sed totum quod erat in corde patris illi a nunc inscripsit totam sapientiaz: totumq; intellectum dei: totumq; consilium: totaq; fortitudinem dei: totam scientiam: totaq; pietatem dei: et totum timorē domini ut nihil esset quod non sciret: nihil quod nō esset: nihil in deo patre quod nō haberet humana pueri huius nate unde deus est

**lxxxix**

**De versiculo. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi**

**Capitulum. xxiiij.**

**H**oc intelligi

**H**esse quod ait ipsa psona patris. **E**ructauit cor meum verbum bonū dico ego opera mea regi. **R**es magna: dictum autem non valde magnum rei comparatione. quid enim hoc dictum **E**ructauit quod magnificū est inter nos dico eructat quisq; nostrū dum satur est: sed esuriens quispiam ructu alterius saturatus non est. **S**icut aliquis opus suū: sed qui audit non statim psequitur: audit operis effectum vt faciat. similiter quicquid ab illo factum est. **A**t ille qui hec loquitur. **E**ructauit cor meū verbū bonū: qui ait. **D**ico ego opera mea regi. bonū illud verbum: ipsaz boni verbi substantiā tota plenitudine edidit in vterum virginis et regi id est homini quem formabat de vtero eiusdem virginis opera sua sic indidit vt sit et ipse opifex siue artifex non dissimilis. magna hec et mira predicantur per hec duo verba exigua. eructauit cor meum verbum bonum. dico ego. solent grāmatici vocare tropum que dicunt capinosim: qui modus locutionis humilitas est magne rei: velut si mare intendens dicat gurgitem: si vastum montes: dicat cumulum vel collem. **E**quidem non ausim in maiestate tante rei declamare venas eiusmodi: veruntamen nusq; reperiri existimo locutionē in qua voces rebus que significatur tanto impares sint vt sunt in locutione presenti. **U**t quid igitur taliter dictus est: inno quomodo diceretur aliter qd dictum est: vbi verba inuenirentur ad rem sufficientia que intelligit. **S**ic quidē in verbis defectus: sed eundem defectum ipsam vocum minoritatem si rite perpendis studiosa mens edificat. in quo: in eo videlicet vt animaduertat opus quidem grande: sed deo non difficile. **Q**uis enim bono plenus edulio fatigatur eructando **S**ic nimirū deus pater bono plenus verbo non laborauit: humane nate illud inferendo.

*[Marginal notes on the left side of the page, partially obscured and written in a smaller, cursive hand.]*

## Liber

**D**e responsione ad illos qui dicere so-  
lent vt quid deus dei verbum per semet-  
ipsum et homo factus est ob saluandum  
genus humanum: cur no potius misit ali-  
quem legatum siue angelum.

### Capitulum. xxv.

**H**oc opus bo-  
num fecit deus summe potēs  
summe bonus: hoc est quod pa-  
tribus promisit quod iurauit ad abraham  
iurauit ad dauid. Tanq̄ summe bonus:  
sponte promisit: spote iurauit. tanq̄ sume  
potens adimpleuit. Deniq; sicut summe  
bonitatis est quod hoc facere voluit. ita  
sume potentie est quod hoc facere potuit  
Diligēter animaduertendū solent enim  
nonnulli dicere. At quid deus dei verbū  
venit per semetipsum: et homo factus est  
ob saluandum genus humanū cum hoc  
idem fieri pouisset per alium. Cur non  
potius misit aliquē legatū. cur non misit  
angelum siue archangelū. Ad hec inquā  
videlicet: q; nulli alij nulli nisi soli nature  
diuinitatis hoc fuit vnq̄ possibile assumere  
quod non erat: et manere quod erat. Et  
vnde illi hoc possibile videlicet quia sola  
natura vel substantia diuinitatis tanto sub-  
tilior est anime rationali vt eā penetrare  
possit. Fideliter hoc inter cetera p̄es ca-  
tholici sumpserunt et scripserūt pro argu-  
mento veritatis contra hereticos q; spi-  
ritus sanctus eque vt pater et filius deus  
sit. quoniam et ipse humane anime est ca-  
pabilis: et capax eius est ania rationalis.  
Nisi enim deus esset: neq; humano: neq;  
angelico spiritui capabilis esset. Proinde  
notandum q; quis dicatur quis plenus  
demonio: non sic implet hominem ille spi-  
ritus vt penetret animam eius: sed cauer  
nas corporis irrepere potuit quo ebrietas  
siue febris animāq; deprehensam in suis  
sedibus exagitat atq; affligit. solus deus  
vnius: deus pater et filius et spiritus sanctus  
cum vult prout vult rationali anime vel  
spiritui sese infundit: et in eo mansionem  
facit. Frustra igitur dicit vel querit quis:

## Vndecimus

cur non legatus vel angelum miserit: sed  
per semetipsum ad saluandum genus hu-  
manum venerit deus: verbum dei: quia  
videlicet naturam induere humanā non  
potuit nisi sola natura dei: vnde sicut bo-  
num quia voluit: ita omnipotentem pre-  
dicamus: quia potuit.

**D**e salua matris v̄ginitate q; hoc po-  
tuit facere supra naturā: qui fecit natura

### Capitulum. xxvj.

**Q**uid de salua  
matris v̄ginitate dicemus ad  
laudem ipsius contra naturā  
Iudeus inquit virgo parere non potuit.  
Nos autē credimus propter quod et lo-  
quimur: quia talem filium supra naturā  
virgo parere potuit. non dicimus contra  
naturam: quia non est nature iniuria: sed  
dicimus supra naturam: quia nature est  
gloria. Huc ratio est dicere q; non potu-  
erit quicq; supra naturā qui fecit naturā  
Dei verbum omnia facta sunt. si omnia  
perfecto et natura feminea. Ergo ne for-  
tior esset natura q; is per quem facta est  
natura. Numrum recte sapit homo ratio-  
nalis vt dicat. q; qui omnia fecit et ipsam  
naturam: consequenter oia vincit et ipsā  
naturam. Qd si iudeo vel manicheo ma-  
gnitudo miraculi ad incredulitatem pro-  
uenit. quid rogo magis mirum id quod  
assumptus vel formatus est homo de tra-  
aniata et sensibili: an q; homo blasmatius  
est de terra inanimata et insensibili. deniq;  
terram animatam et sensibilem mariam  
dixerim quoniam de terra et ipsa sumus  
facti. Porro terra de qua primus homo  
blasmatius est inanimata sine dubio fuit:  
et insensibilis. Nonne ergo blasmatio pri-  
mi adam blasmatioe secundi mirabilior  
fuit. Siquidem materia viuens et sensibi-  
lis id est femina q; virgo vicinior est  
huic operi q; fuit illa materia neq; viues  
neq; sensibilis. Igitur illa quidem blas-  
matio mirabilior: sed ista venerabilior.

## Folium

**De forma qua dicitur est. Speciosus forma pre filiis hominum: et de gladio quo accinctus est super femur suum. Psal. xliij. Capitulum. xxvij.**

**E**cce speciosus

forma: ecce potentissimus gladio suo super femur accinctus. Agnoscendus est cuius victoriam predicamus: cuius triumphalem curram laudando subsequi optamus: olim verbum: nunc et caro: olim deus: nunc et homo. Speciosus inquit forma. Quid est forma: diuinitate. diuinitas namque forma est: forma non formatum: forma carnis materia. diuina substantia sicut ante nos dictum est sine materia forma est atque ideo vnus est id quod est. reliqua non sunt id quod sunt. Unumquodque enim habet esse suum ex his ex quibus est: ut cum homo terrenus constat ex anima corporeque: corpus et anima est. non vel corpus vel anima in partem. igitur non est id quod est. quod vero non ex hoc atque hoc: sed tantum est hoc. Id vere est id quod est: et est pulcherrimum fortissimumque: quia nullo nititur. Igitur speciosus forma id est speciosus in diuinitatem. Istam eius speciositatem qua speciosus est pre filiis hominum: qui utique diuina natura non sunt: soli amatores eius videtur soli videbunt regem in decore suo: videbunt oculi eius qui diligit eum. Et ego inquit Iohan. xliij. Manifestabo ei meipsum. Quid porro est gladius quo accinctus est iste speciosus: iste potentissimus. nimirum vnus idemque verbum dei verbum: deus forma est speciosus: gladius est potentissimi. nam viuus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio accipitur ad Heb. iij. Igitur ut iam dicitur est. Ecce speciosus ecce potentissimus: speciosus ut flos: potentissimus ut gigas cuius a summo celo egressus: et occursum eius usque ad summum eius. Psal. xvij. Talis in hunc mundum ingreditur visibilis factus visibiliter pugnaturus qui prius inuisibilis inuisibiliter preliabatur: pugnaturus noua belli specie sed non in exercitu neque in robore: sed in spiritu suo demouit potens cicere.

## xc

Hunc florem speciosum: hunc regem potentissimum alibi sancta scriptura predicat agnum habentem inquit cornua septem: et oculos septem sed septem spiritus qui super florem requiescunt. sed et de agno qui et vincens leo postmodum suo loco erit dicendum.

**Et sicut sponte spiritus domini super hunc florem requiescunt. ita in singulos eorum proprium quid dicatur ad ipsum in psalmo. Eructauit cor meum verbum boni dico ego opera mea regi. Psal. xliij. Capitulum. xxvij.**

**N**unc delectat

breuiter intueri: vtrum sic spiritus isti omnes super florem requiescunt. ita in singulos eorum proprium quid in psalmo siue in cantico prelibato dicatur ad regem speciosum: regem potentissimum. Dico ego opera mea regi. Lingua mea chalamus scribe velociter scribentis. Dicta hec esse in spiritum sapientie et intellectus non indiget assertionem nostra: quia manifeste vbi filio regi pater deus sua dicit opera ibi sapientia: et vbi lingua eius operatur ut scribe chalamus ibi intellectus. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime etc. usque deducet te mirabiliter dextera tua. Hec intelligimus decantari in spiritum consilij et fortitudinis. Consilij namque fuit quod videns deus non posse nos ex nostris operibus iustificari: et omnes sub peccato esse conclusos diffudit gratiam id est peccatorum remissionem gratuitam in labiis huius speciosi: et propterea hunc benedixit in eternum. fecitque nasci sanctum: et ab omni peccato mundum: ut efficaciter in labiis eius ista gratia diffunderet diceretque peccatrici que erat vna et vniuersa ecclesia. Dimissa sunt ei peccata multa. Qu. vij. Non quod operata est multum: sed quod dilexit multum. Accinge gladio super femur prospere procedere et regnare: et sua dextera deduci mirabiliter sine dubio fortitudinis opus est siue efficax. Sagitte tue acute: quid est nisi tibi

## Liber

in doctrina siue predicatione semper scripturarum parate sunt sententiae: quibus confixa corda illorum qui fuerat inimici credunt et acquiescunt veritati: et cadunt adorando te facti inimici. ergo pertinere hec ad spūm scientie non dubium est. vixit te deus deus tuus oleo lencie pro confortibus tuis. **O**leum istud profecto spūs pietatis est. oleos grece misericordia latine. **A**bilominus et concupiscit rex decorem tuum: ad eundem spectat pietatis spiritū. **N**az regis huius concupiscentia non aliud est nisi pietas. **H**oc est oleus quo vincus est speciosus iste rex: et in multitudine misericordie benedictus adueniret: concupiscentiam habens animarum perditarum per blandoimenta misericordie conuocare illas ad suū salutis eterne triculum. **S**piritus domini in eo nō est ut timeat: sed ut timeatur: et ut circa ipsum religiosa sanctitas: sancta et timorata sit religiositas. huc pertinet illud. **V**ultum tuū deprecabunt omnes diuites plebis. **A**dducuntur regi virgines: omni erent in leticia et exultatione adducuntur in templum regis: et populi confitebuntur tibi in eternum et in seculis seculi.

**De propria causa verbi: qd non dixit propheta et manebit: sed dicere maluit. Et requiescet super eum spiritus domini.**

**Capitulum. xxix.**

**Q**uoniam est ad:  
huc eiusdem capituli verbum in quo tenemur ne iam procellum regis prosequamur: ne iam parū beate mulieris qualis deuorare voluerit draco ille narremus. qd est illud verbum **Ysaie. xj.** **E**t requiescet aut super eum spiritus domini. non dixit. et manebit: sed requiescet dicere maluit. nec dubium est: quin aliquid plus significet quasi dixisset manebit. **A**tendamus qd sermo prophete eius est cui inquit petrus apostolus **ij. Petri. j.** **B**enefacitis attendentes qsi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat: et lucifer oriat in cordibus vestris. **E**cce locus quidam occurrit caliginosus quidez: sed ista lucerne huius id

## Vndecimus

est propheticæ sermonis flāmula clarum illum nobis facit: et tanq̄ lucifer diem intelligentie adducit. **I**n deserto loquente domio ad moysen et sacerdotio fungeret aaron chore dabban et abyron: alioq̄ proceres synagoge steterunt aduersus moysen et aaron stetit ois globus coz contra dominum. vnde et propter execrabilis superbie malum non consueta hoim morte interierunt. sed neuz rem fecit dominus ut aperiens terra os suum deglutiret eos descenderuntq̄ viuentes in infernum.

**Numeri. xxi.** **Q**uia blasphemauerit dominum. preterea ignis egressus a domio interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerrebant incensum. **Numeri. xxi.**

**D**einde loquere ait dominus ad filios israel: et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cunctis principibus tribuuz virgas duodecim: et vnus vnusq̄ nomen super scribes virge sue. **N**omen aut aaron erit in tribu leui. quem ex his elegero germinabit virga eius: et cohibebo a me querimonias filioz israel etc. **S**icut illud in lege quod germinat virga aaron: et turgentibus geminis eruperunt flores et cū solis fructus atq̄ ut cessauit superbia de sacerdote consistantū illud inquam factum in lege: confert cum isto vaticinio prophete qui dū inuebiat ira superbiam assur excelsi inquit **Ysaie. x.** statura succidentur et sublimes humiliabuntur et subuertetur odensa salus sero et libanus cū excelsis cadet: et subaudire licet sicut succisi vel humiliati sunt: sicut subuersi sunt et ceciderunt chore dabban atq̄ abyron et complices eoz. stantq̄ subiungit in **Psal. xj.** **E**t egredietur vga de radice yesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus domini. **N**imirum et hic subaudire decet sicut ascendit flos de virga aaron et sic requieuit id est ab ira cessauit: et placatus est spiritus domini quem exacerbauerat murmuratores et superbi.

**Q**uod preter eum aliquis non fuerit super quem dictū sit aut dici debuerit. **Requiescet spiritus domini.**

**Capitulum. xxx.**

**Bitur secundum**

illam similitudinem intelligendum est qd ait. Et requiescet super eum spiritus doi: Nam ibi quidem aliquanta fuit similitudo. **Hic** autem res est multo amplior. ibi virga insensibilis flores et folia supra nature vsu produccens atq; nucez quere las pau corum rebellium fecit referre. hic virga sensibilis virga. i. virgo sine vterus virginalis florem scilicet iam dictum speciosum regem pariens: superbiam diaboli percussit: superbie culpam de toto genere humano correxit: et iram dei que p inde subuenerat auertit: placatumq; deuz nobis reddidit. Itaq; super hunc florem requiescet ait spiritus domini. i. propi cristum mitigabis omnem iram tuam doie et auertes ab ira indignationis tue. **Nunq** qm; te inquietabit flos iste: **Adis** qp pe est et humilis corde. **Et moises** quide mitissimus erat super omnes homines q morabantur in terra. **¶ Nu. xij.** **¶ Sed** non ita vt hic non ita semper non ita impassibiliter. **¶ Aeratus** enim et exacerbatus distinxit: et dominum non glorificauit. **Ad** quas contradictionis loquendo: non sicut mitis. et aliter q voluisset audire spiritus domini: quia locutus est verba incredulitatis. **¶ Propterea** dominus ad moisen et aaron non introduceris ait. **¶ Nu. xx.** **¶ Populos** istos in terram pro qua iuravi patribus eoz. **¶ Iste** nunq distinxit in la bijs suis: imo cum male tractaret no aperuit os suum: et sicut ovis: sicut agnus id dene se obmutuit. **¶ Ps. liij.** **¶ Signus** ergo qui populum introduceret in veraz promissionis terram:

**¶ De** excelsis et sublimibus illis quomodo ceaderunt quia non receperunt eum super quem requiescet spiritus domini.

**¶ Capitulum. xxxj.**

**¶ Vltuz** e quod de scripturis admota clarificat lucerna verbi huius propheteri **¶ Et** requiescet sup eum spiritus domini

sed in eiusmodi diutius immorari presentis non est propositum. **¶ Claram** tamen et proposita similitudo decentius explicet. hoc solum adhuc dicere liber: quia sicut contigit superbis illis contra quos in deserto vt iam dictum est virga floruit et noua et insolita perditione perierunt. ita contigit excelsis et sublimibus illis quorum temporibus egressa est virga de radice yesse: et flos de radice eius ascendit: vt dissimili casu caderent et in interitu suo dissimiles ceteris hominibus quicunq; bello interierunt existente. **¶ Testatur** hoc iosephus qui miserabile illorum describens excidium dicit de illis. **¶ Singillatim** quidem iniquitates eorum narrare non potero. **¶ Et** autem breuiter dicam neq; alias ciuitatem vniq; talia perpeffam esse puto: neq; vllam nationem post hominum memoriam malicie ferociore fuisse. **¶ Et** alibi. **¶ Deniq;** omnium post condita secula res aduersas si cum iudeorum calamitatibus conferant superatum iri non ambigo: et horum auctor nullus externus est. **¶ Erant** maxime quippe isti de parte assur id e diaboli: cuius contra altitudines virga ista ascendit: cum suo flore. i. virgo humilis cum filio suo miti et humili

**Incipit liber duo**

**decimus** **¶ De** sepe dicta muliere ante qua draco stetit: et de singulari nomine beate mulieris id est marie virginis.

**¶ Capitulum primum.**

**¶ De** cetum iaz et adhuc dicendum est: quia draco stetit ante mulierem que erat paritura et cum peperisset filium eius deuoraret. **¶ Hic** iam nomen mulieris duplicem sensum habet. **¶ Anteq** esset beata virgo maria ante inq; et longe prius erat mulier q in sacramento sentimus: id est ecclesia et vtiq; pregnans mulier mente grauida gerens vltimum promissionis